171

SALOMON
ET
MARCOLPHUS
S, L, ET A.
DAV. BREDA.

G
1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

163 = 353 Haltrop I.
~~163~~
171.
~~170~~
g. 1.
~~g 125~~
CA 458

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Campbell ?
457 –
het zelfde al 458

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

13

¶ Collationēs quas dicūtur feciſſe mutuo rex Salomon ſapientiſſimus et Marcolphus facie deformis ⁊ turpiſſimus tñ vt fertur eloquētiſſimus Impreſſum dauentrię per Jacobum de breda

Koninklijke Bibliotheek te 's Hage.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

CUm ſtaret Salomon ſuꝑ ſoliuꝫ Dauid pa
tris ſui plenus ſapientia ⁊ diuitijs vidit quẽ
dam hominẽ Marcolphũ nomine a ꝑte oriẽ
tis. demẽtem facie turpiſſimũ ⁊ deformẽ Et
tñ eloquẽtiſſimũ. Uxor ei⁹ erat cũ eo queni
mis erat terribilis ⁊ ruſtica. Cũ eos ambos
cõſpectui ſuo pariter exhiberi iuſſiſſꝫ. ſtabãt
ambo añ eum ſe mutuo cõſpicientes Statura itaqꝫ marcol
phi fuit breuis ⁊ groſſa Caput habuit grande. frontẽ latiſſi
mã rubicũdam ⁊ rugoſam Aures piloſas ⁊ vſqꝫ ad mediuꝫ
maxillaꝝ pendẽtes Oculos groſſos ⁊ lippoſos Labiũ ſub
cominus quaſi caballinũ Barbam ſordidam ⁊ fetoſam q̄ſi
hirci Manus trũcas Digitos breues ⁊ groſſos Pedes ro⸗
tũdos Naſum ſpiſſum ⁊ gibboſum Labia magna ⁊ groſſa.
Faciem aſininã Capillos veluti ſunt hircoꝝ. Calciamenta
pedum eius ruſtica erãt nimis Pãnitioſa atqꝫ lutoſa pellis
Curta tunica vſqꝫ ad nates Caligę repagulatę. veſtimenta
eius coloris turpiſſimi erant. Uxor quoqꝫ eius erat puſilla
⁊ nimis groſſa cũ groſſis mãmis Comã habebat ſpinoſam.
ſuꝑcilia lõga fetoſa ⁊ acuta quaſi dorſum porci. barbam vt
hꝫ hircus. aures aſininas oculos lippoſos. aſpectũ colubri
num. carnem rugoſam ⁊ nigram. ⁊ maſſa de plũbo ornabat
groſſas mãmas eius. digitos habebat breues ornatos anu
lis ferreis. nares habebat valde grandes. Tibias breues et
groſſas in modum vrſę piloſas Tunica eius erat piloſa ⁊ di
rupta. De tali quidem muliere q̄daꝫ iuuenis hos dixit ꝟſus
Femina deformis tenebraꝝ ſubdita formis Cum turpi facie
trãſijt abſqꝫ die. Et mala res multum turpi cõcedere cultum
ſed turpis nimium turpe ferat vicium
REx vero ſalomon cũ eos cõſpexiſſet ſic exorſus eſt di
cens Qui eſtis ⁊ vñ eſt genus veſtrum: Marcolph⁹
rñdit dic tu nobis prius genealogiam tuam ⁊ patrũ
tuoꝝ ⁊ tũc indicabo tibi genus noſtrũ Salomon. Ego ſum
de duodecim generib⁹ ꝓphetarũ Judas gennit phares Pha
res genuit eſrom Eſrom genuit aram Aram genuit amina⸗
dab Aminadab genuit naaſon Naaſon genuit ſalmõ. Sal
mon genuit boos, Boos genuit obeth. Obeth geuuit iſai.

Iſai genuit dauid regem Dauid autem rex genuit ſalomonē Et ego ſum ſalomon rex. Mar. rn̄dit Ego ſum de duodecim generibus ruſticoꝝ. Ruſticus genuit ruſtā. Ruſta genuit ruſtum. Ruſtus genuit ruſticellum. Ruſticellus genuit tarcum Tarcus genuit tarcol Tarcol genuit pharſi. Pharſi genuit marcuel. Marcuel genuit marquart. Marquart genuit marcolphum Et ego ſum marcolphus Follus vxor mea de duodecim generibꝫ lupicanaꝝ. Lupica genuit lupicam Lupica genuit ludiprag Ludiprag genuit boneſtrung. Boneſtrung genuit boledrut. Boledrut genuit pladrut. Pladrut genuit lordam. Lorda genuit curtam Curta genuit curtellā Curtella genuit policam. Polica genuit policanā Et hęc ē policana vxor mea Salomon dixit. audiui te eē ꝟboſum ⁊ callidū q̄ʒuis ſis ruſticus ⁊ turpis. Quāobrem inter nos habeamꝰ altercationem Ego vero te interrogabo tu ꝟo ſubſequēs rn̄de mihi. Mar. rn̄dit Qui male cantat primo incipiat Salomon. Si per ōnia poteris rn̄dere ſermonibꝫ meis te ditabo magnis opibꝫ ⁊ nominatiſſimꝰ eris in regno meo. Mar. Promittit medicus ſanitatē cū non habeat poteſtatē Salo. Bn̄ iudicaui inter duas meretrices quę in vna domo op̄pſſerant infantē. Mar. Ubi ſunt aures ibi ſunt cauſę. vbi mulieres ibi parabolę Salomon Dn̄s dedit ſapiām in ore meo cū nullus ſit mihi ſimilis in cūctis finibꝫ terrę Mar. qui malos vicinos hʒ ſeip̄m laudat Salo. Fugit impiꝰ nemine ſubſequēte. Marcolphus Qn̄ fugit capreolus albeſcit eiꝰ culꝰ. Salomon. Bona mulier ⁊ pulchra ornamētum ē viro ſuo. Mar. Olla plena cū lacte bn̄ debet a catto cuſtodiri Salo. Mulier ſapiens edificat ſibi domū Inſipiens ꝯſtructā deſtruit manibꝫ Marcolphus Olla bn̄ cocta melius durat et q̇ mūdam diſtemperet mūdam bibit Salomon. Mulier timens deum ip̄a laudabit Marcolphus Cattus cū bona pelle ip̄e excoriabitur Salomon. Mulier pudica ē multū amāda. Marcolphus Lacticinia ſunt paupi retinēda Salomō. Mulierem fortem q̇s inuenit Marcolphus Cattum fidelē ſuꝑ lac q̇s inueniet Salomon. Nullus Mar. Et mulierem raro Salomon. Mulier formoſa ⁊ honeſta retinēda eſt ſuꝑ omnia deſiderabilia dona. Marcolphus. Mulier pinguis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

⁊ groſſa ē largior in dando viſa Salomon Bn̄ pepulum al-
bum in capite mulieris Mar. Scriptum ē em̄ nō ſunt talia
manicę qualia pellicia . ſub albo pepulo ſępe latet tinea Sa
lomon Qui ſeminat iniq̄tatem metet mala Mar. Qui ſemi
nat paleas metet miſerias Salo. Doctrina ⁊ ſapientia de-
bet in ore ſcōꝝ conſiſtere Marcolpbus Aſellus ſemper de-
bet eē vbi ſe paſcit Et vbi paſcit vnam plātam quadraginta
reſumit Ubi cacat ibi fimat . vbi mīgat ibi rigat . vbi ſe vol
uat frāgit glebas Salo. Laudat te alienus Mar. Si me
ipm vituperauero nulli vnq̄ꝫ placebo Salomon Multum
mel ne comedas Mar. Qui apes caſtrat digitū ſuū lingit.
Salomon In maliuolam aiām nō intrabit ſpūs ſapientię.
Mar. In lignum duruz dū mittis cuneum caue ne incidat
in oculum Salomon Durum ē tibi cōtra ſtimulum recalci
trare Marcolphus . Bos recalcitroſus pungi debet vicibꝰ
binis Salomon Erudi filium tuum ⁊ ab infantia doce euz
bn̄ facere Marcolphus Qui ſuam nutrit vaccā de lacte ſępe
mādūcat Salomon Omne genus ad ſuam naturā reuertit̄
Marcolphus . mappa digeſta reuertitur ad ſtupam Salo
mon Quicq̄d nouit loq̄tur iudex iuſticię ⁊ veritatis Mar-
colphus Epūs tacens efficitur hoſtiarius Salomon Ho-
nor exhibendus eſt magiſtro ⁊ ꝟga timenda Marcolphꝰ . q̄
ſuo iudici ſolet vngere buccam ſolet macerare ſuā aſellam.
Salomon Cōtra hominē fortem ⁊ potentem ⁊ aquā currē-
tem noli cōtendere Marcolphus Uultur ſcoriat durā vo-
lucrem plumat qꝫ pellem Salomon Emendemꝰ in melius
quod ignorāter peccauimꝰ Marcolphus Qn̄ culum tergis
nihil aliud agis Salomon Blandis ꝑſuaſionibꝰ noli deci-
pere quēquam Marcolphus Per ingenium mādūcat q̄ mā
ducantem ſalutat Salomon Cum homine litigioſo nō ha-
beas ſocietatem Mar. Merito hūc mādūcāt ſues qui ſe mi
ſcet inter furfures Salomon Multi ſunt q̄ verecūdiam ha
bere neſciūt Marcolphus Uiuūt cū hominibꝰ qui ſimiles
ſunt canibus Salomon Multi ſunt qui bn̄ facientibꝰ red-
dunt mala pro bonis Marcolphus Qui alieno cani panem
ſuū dederit mercedē non habebit Salomon Non ē amicus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

qui non durat in amicicia Marcolphus Merda de vitulo
non diu fumat Salomon Occaſiones mnltas querit q̇ ab a
mico recedere velit Marcolphus . mulier quę non vult con
ſentire dicit ſe ſcabioſum culū habere Salomon Sermo re
gis debet eſſe imutabilis Marcolphus Cito tedium habet
qui cū lupo arat Salomō Radices raphani boni ſunt in cō
uiuio fetent in ꝯſilio Marcolphus Qui raphanū mādu cat
ex vtraq; pte tuſſit Salomon Perit auditus vbi non vigi=
lat ſenſus Marcolphus Perdit ſuam ſagittam q̇ tripum ſa
gittat Salomon Qui auertit aurem ſuā a clamore pauperꝝ
ipe clamabit ⁊ dn̄s deus nō exaudiet vocem Marcolphus.
Perdit lachrymas ſuas q̇ coram iudice plorat . Salomon.
Surge aquilo ⁊ veni auſter ⁊ perfla ortum meū ⁊ fluent aro
mata illius Marcolphus . Qn̄ flat aquilo ruit alta domus
Et qui habet herniā non ē bene ſanus Salomon Mortem
⁊ paupertatē cęlare noli Mar. Qui cęlat herniam creſcunt
ei maiora Salomon. Cū ſederis ad mēſam diuitis diligent̄
inſpice quę apponātur tibi . Mar. Uniuerſa miniſtratio ꝑ
ventrē dirigitur ⁊ in ventrem vadit Salomon Qn̄ ad men=
ſam ſederis caue ne prim⁹ comedas Mar. Qui in altiori ſel
la ſederit ipe primū locum tenet Salo. Si fortis ſuꝑuicerit
imbecillem vniuerſam ſubſtātiam aufert eius dom⁹ Mar=
colphus Bn̄ videt cattus cui barbam lingit volūtariā Sa
lo. Qd̄ timet impius veniet ſuper eum Marcolphus. Qui
malefacit ⁊ bn̄ ſperat totū ſe fallit Salo. Propter frigus pi
ger arare noluit mēdicabit aūt ⁊ nil dabitur ei Marcolph⁹
Nudū culum nullus ſpoliabit. Salomon. Studiū reddit
mgrm̄ beniuolum Marcolphus Aſſuetę manus currūt ad
caldarium Salomon Proijciendi ſunt a cōſortio bonorū
litigioſi ⁊ garruli Marcolphus Domina irata fumus ⁊ fra
cta patella perforata dānum ſunt in caſa Salomon . Pro a=
more dei omnis dilectio eſt adhibenda Marcolphus Si a
mas illum q̇ te non amat perdis amorem tuum Salomon.
Nedicas amico tuo vade cras dabo tibi cū ſtatim poſſis ſi=
bi dare Marcolphus Ad tempus faciam dicit qui nō hab;
aptum vtenſile Salomon Crapulatus a vino non ſeruat tē

pus in eloquio Marcolphus Culus cōfractus nō habꝫ dominū Salomon Multi cōcupiſcūt diuitias habere cū ſint in pauꝑtate detenti Marcolphus Prande quod habes ⁊ vide quid remaneat Salomon Multi ſunt qui famē ſuſtinēt ⁊ tm̄ ſuſtinēt vxores Marcolphus Miſer homo panem nō habebat ⁊ tm̄ canem ſibi cōparabat Salomon. Stultus rn̄dit ſcd̄m ſuam ſtulticiā ne videatur ſapiens Marcolphus. Petra quid audiuit cui rn̄dit quercus Salomon. Jra non habet miām ⁊ ideo ꝙ per iram loquitur comꝑat malum ſeu ꝑpetrat Marcolphus Ne dicas amico tuo malum iratus ne poſtea peniteàris placatus Salomon. Os inimici non loq̇tur veritatem nec verum labia eiꝰ perſonabūt Marcolphꝰ. Qui te non amat ipē te non diffamat Salomō Quod ſatis ē dormi Marcolphus Cui licet ⁊ non dormit pigricia nocet illi Salomon. Sacietati repleti ſumus referamus deo gratias. Marcolphus Jubilat merulus reſpōdet graculus nō ęqualiter cantāt ſaturatus ⁊ ieiunus Salomon Manducemus ⁊ bibamus omnes em̄ moriemur Marcolphus. Sic moritur famelicus ſicut ⁊ refectꝰ Salomon. Quādo homo harpat non p̄t paralogiſare Marcolphus. Qñ canis cacat non poteſt latrare Salomon. Saciata eſt iniq̇tas ventris nūc eamus dormitum Marcolphus Tornat retornat male dormit qui non mādicat Salomon Exiguum munus cuꝫ dat tibi pauper amicus noli deſpicere Marcolphus Quod habet caſtratus dat vicinę ſuę Salomon Ne gradieris cuꝫ homine malo vel litigioſo ne forte ſenties malū ꝓpter eum vl̄ periculum Marcolphus Apis mortua non cacat mel Salomon Si cum homine callido vel maliuolo amiciciam firmaueris magis tibi aduerſabitur q̃ꝫ auxilium preſtet Marcolphus Quod lupus facit lupę placet. Salomon. Qui añ reſpondit q̃ꝫ audiat ſtultum ſe demōſtrat Marcolphus Qñ te aliquis pungit ſubtrahe pedem tuum Salomon. Omne animal ſimile ſibi eligit. marcolphus Ubi fuerit caballus ſcabioſus parem ſibi querit ⁊ vtrique ſe ſcabiunt. Salomō Bene facit animę ſuę vbi eſt homo miſericors Mar. magnū donū deſpicit qui ſeipſum nō cognoſcit Salo. Qui fugit lu

pum obuiat leoni Marcolphus De malo in malum de coco
ad piſtorem Salomon Caue ne quis faciat tibi malum ſi ãt
fecerit noli ei facere Marcolphus Aquę non currenti ⁊ ho-
mini tacenti credere noli Salomon Non omnes omnia poſ
ſunt Marcolphus Scriptum eſt in caſibus qui non habet
equum vadat pedibus Salomon Puer centum annoꝝ ma
ledictus erit Marcolphus Tarde eſt veterem canem mitte
re in ligamen Salomon Modo habenti dabitur ⁊ habun-
dabit Marcolphus Ue homini qui non habet panes ⁊ ha
bet parentes Salomon Ue viro duplici corde ⁊ duab⁹ vijſ
incedente Marcolphus Qui duas vias vult ire aut culum
aut bracam debet rumpere Salomon Ex abũdantia cordis
os loquitur Marcolphus Ex ſaturitate ventris triumphat
culus Salomon Duo boues ęqualiter trahũt ad vnum iu-
gum Marcolphus . Duę venę ęqualiter vadunt ad vnũ cu-
lum Salomon Mulier pulchra eſt a viro ſuo amãda Mar
colphus In collo eſt alba vt columba . in culo nigra et irſu-
ta vt talpa Salomon In tribu iuda nimia eſt cogitatio me
a ⁊ deus patris mei principem me cõſtituit populi ſui Mar
colphus Cognoſco mappã quia de ſtuppa facta eſt . Salo-
mon Neceſſitas facit hominem iuſtũ peccare Marcolph⁹.
Lupus ap̄phenſus ⁊ in cuſtodia poſit⁹ aut cacat aut mor-
det Salomon Sufficeret mihi temporaneus honor ſi tan-
tummodo deus vniuerſum orbem meę ditioni ſubiugaſſet.
Marcolphus Non tãtum datur catulo quãtum blanditur
ſua cauda. Salomon Qui tardus venit ad menſam ſuſpen
ſus eſt a cibo Marcolphus Gluto nõ currit per totum. Sa
lomon Cuz moleſta tibi ſit vxor tua ne timeas Marcolph⁹
Molli bergario lupus non cacat lanã . Salo. Non decent
ſtulto ꝟba ꝯpoſita Mar. Nõ decet canẽ ſellã portare Salo
mon Tunde latera filij tui dũ tenera ſint Mar. Qui oſcula
tur agnũ amat ⁊ arietẽ Salo. Oẽs ſemitę ad vnã viã tẽdũt
Mar. Ad culũ vnũ oẽs tendũt venę. Salo. A bono homĩe
boua fit mulier Mar. A bono cõuiuio bona fit merda quę
calcatur pedibus ſic ⁊ beſtiales mulieres debent calcari
Salomon. Bene decet mulier pulchra iuxta virum ſuum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Mar. Bene decet olla plena vino iuxta ſitientem Salomō
Bene decet gladius honeſtus iuxta latus meum Mar. Be
ne decet ſtrues iuxta ſepem meā Salo. Quāto maior es tā⸗
to humilior ſis in omnibꝫ Mar. Bn̄ equitat q̇ cum paribꝫ
eq̇tat Salomon Filiꝰ ſapiens letificat prēm ſuum. inſipiēs
vero meſticia eſt mr̄is ſue Mar. Non eq̄liter cātant triſtꝭ ⁊
letus Salo. Qui parce ſeminat parce ⁊ metet Mar. Quā⸗
to plus gelat tāto plus ſtringit Salo. Omnia fac cum cōſi⸗
lio ⁊ poſt factū non penitebis Mar. Satis ē infirmꝰ q̇ infir
mū trahit Salo. Omnia tpa tēpus habent Mar. Diē ho⸗
die diem cras dicit bos q̇ leporem ſeq̇tur Salo. Jam feſſus
loquēdo req̇eſcamus ergo Mar. Non obmittam loq̄lā me
am Salo. Non poſſum ampliꝰ Mar. Si non potes hu⸗
militer cōfitere te victum ⁊ da qđ promiſiſti Ad h̄ bona yas
filius ioiade ⁊ zabus amicus regis et Adonias filius abde
q̇ erāt ſuꝑ tributa dixerūt ad marcolphū Ergo tu ne eris ter⸗
cius in regno dm̄ noſtri ſed eruentur tibi tui peſſimi oculi de
tuo viliſſimo capite Nā melius decet te iacere cuꝫ vrſis dm̄
noſtri q̄ꝫ ſublimari aliquo honore. quibus Marcolphꝰ ait
Quis adheret culo niſi paſtelli q̄re rex promiſit tūc Vēthur
⁊ benadachar beneſia bena benanudab bāthaber achinadai
achimaab homia ioſephus ſemes ⁊ ſamer duodecim prepo
ſiti regis dixerunt. Ut q̇d iſte follus infeſtat dn̄m regem no⸗
ſtrum Eur non magnis colaphis macerat̄ aut fuſtibꝫ cōui⸗
ctus eijcietur de ꝯſpectu dm̄ noſtri regis. Ad hoc rex ſalomō
ait non ita fiat. ſed bene ſaturatus in pace dimittatur Tunc
marcolphus recedens ait ad regē. ſatis patior q̇cquid dixe⸗
ris. ego ſꝑ dicam. ibi non ē rex vbi non eſt lex.

REx igitur quadam die cū venenatoribꝫ ſuis ⁊ copu⸗
lis canū de venationū ꝑſequutione forte trāſibat an̄
hoſpiciuꝫ marcolphi folli diuertit ſe illuc cum equo
ſuo ⁊ inclinato capite ſuo ſub limine hoſtij req̇rens quis in⸗
tus eſſet Marcolphus rn̄dit regi Jntus ē homo integer ⁊ di
midius ⁊ caput equi ⁊ quāto plus aſcendūt tāto plꝰ deſcen⸗
dunt Ad hoc Salomon dixit Quid ē q̄d dicis Marcolphꝰ
reſpondit Nam integer ego ſum intus ſedens. dimidiꝰ ho⸗
mo tu es ſupra equum extra ſedens intus proſpiciens in⸗

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

clinatus . caput vero equi caput ē tui caballi ſup̱ quem ſedes
Tūc ſalomon dixit Qui ſunt aſcēdentes ꝛ deſcēdētes Mar.
rn̄dit ꝛ ait . fabe in olla buliētes Sa. Ubi ſunt tuus pater et
tua mater tua ſoroꝛ ꝛ tuus frater Mar. Pater meus facit in
cāpo de vno dāno duo dāna . mater mea facit vicine ſue ꝙ ei
amplius non faciet . Frater aūt meus extra domū ſedens q̇c
quid inuenit occidit Soroꝛ aūt in cubiculo ſedens ploꝛat ri
ſum annualem Salo. Quid illa ſignificāt Mar. Pater me
us in campo ſuo ē ꝛ ſemitam p̱ campū trāſeuntē occupare cu
piens ſpinas in ſemitam ponit Et hoīēs venientes ſic duas
vias faciunt nociuas ex vna ꝛ ita facit duo dāna ex vno Ma
ter mea vero claudit oculos vicine ſue moꝛientis quod am-
plius ei non faciet. Frater aūt meus extra domū ſedens ī ſo-
le ꝛ pelliculas añ tenēs pediculos ōnes quos īuenit occidit.
Soroꝛ aūt mea p̄terito anno quēdam iuuenem adamauit ꝛ
inter ludicra riſus ꝛ molles tactus ꝛ baſia quod tūc riſit mō
pꝛegnās ploꝛat Ad hoc ſalomon ait Unde tibi ꝟſucia venit
Mar. rn̄dit. Tēpoꝛe dauid patris tui cū eſſem infātulꝰ me
dici patris tui quadā die peragēdis medicinis vnū vulturē
acceperunt ꝛ cum ſingula mēbꝛa neceſſitatibꝫ expendiſſent.
Berſabea mater tua coꝛ illius accepit ꝛ ſup̱ cruſtam ponēs
in igne aſſauit ac tibi comedere dedit . mihiqꝫ q̇ tūc in coqui
na eram cruſtā poſt caput ꝓiecit Ego vero cruſtā vulturis p̱
fuſam comedi . ꝛ iñ vt ſpero ꝟſutia mea venit ſicut ꝛ tibi pꝛo
coꝛdis comeſtione ſapientia Salomon. Sic me deus adiu
uet in gabatha mihi apparuit deus ꝛ repleuit me ſapientia.
Mar. Talis d̄r eē ſapiens qui ſeip̄m habet ꝓ ſtulto Salo.
Nōne audiuiſti quales diuitias mihi dedit deus Inſuper ꝛ
ip̄am ſapiāz Mar. Audiui. ſcio em̄ ꝙ vbi vult deus ibi plu
it Ad hoc ſalomon ſubridēs ait. Homines mei extra domū
me expectant foꝛis non poſſum amplꝰ ſtare tecū . ſed dic ma
tri tue. vt de melioꝛi quā habet vacca mittat mihi ollā plenā
lacte ꝛ ip̄am ollam cooperiat de eadem vacca tuqꝫ mihi eaꝫ
poꝛtes. Mar. Faciam inq̇t. Rex vero ſalomon cū ingēti ſtre
pitu hominū ſuoꝝ in hieruſalem veniens in pallacio ſuo ſi-
cut diues ꝛ potens dominꝰ receptus Mater aūt marcolphi
Foſcemia nomine rediens iuſſum regis ei patefecit. Mar.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Tūc Floſcemia ollam plenam lactis recipiens ⁊ placētam cā-
didam de eadam lacte faciens ſuꝑ ollam poſuit. ſicq̃ Mar-
colphū filium ſuum regi trāſmiſit Marcolphus vero ꝑ ſe-
mitam vnius prati incedēs ⁊ calore eſtatis exeſtuans vidit
baſam vaccę iacētem vixq̃ ollam ad terram deponēs placen
tam comedit ⁊ cū baſa vaccę ollam cōtexit Cūq̃ veniſſet añ
regem ollam tectam cū baſa vacce repn̄tans ait Rex ſalomō
Cur ſic olla cooperta eſt: Mar Nōne iuſſiſti vt lac vaccę de
vacca cooperiretur ⁊ factum ē Salomon Non ita fieri pre-
cepi Mar. Sic intellexeram Salo. Melius fuiſſet ſi placē
ta lacte linita fuiſſet. Mar. Sic fuit factum. ſed fames mu-
tauit ingenium Salomon Quomō: Mar. Sciebam te nō
indigere pane ⁊ indigens comedi placētam lacte linitā ⁊ pro
ipo ingenio mutata baſam vaccę ſuꝑ ollam poſui. Salomō
Nūc iſtud dimittamus. ſed ſi in hac nocte nō ita bñ vigila-
ueris ſicut ego In craſtino de capite tuo non poteris cōfide
re Salomon ⁊ Marcolphus cōſederūt paruoq̃ interuallo
facto Mar. Dormire cepit ⁊ ructare. Cui ſalamon ait Dor
mis marcolphe Marcolphus rn̄dit Non dormio ſed penſo
Salomon Quid pēſas: Mar. Penſo tot leporis ęē iūctu-
ras in cauda quot in ſpina Salo. Niſi hoc ꝓbaueris reus
mortis eris. Iterum ſalomone tacente Marcol. dormire ce
pit. Cui ſalomon. dormis marcolphe: Mar. Non dormio
ſed penſo Salo. Quid penſas: Mar. Penſo tot pēnas al-
bas in pica quot nigras Salo. Niſi etiam hoc ꝓbaueris re
us eris mortis Iterū ſalomone tacente Mar. ructare ⁊ dor
mire cepit. Cui ſalomō Dormis marcolphe: Mar Nō dor
mio ſed peuſo Salo. Quid penſas Mar. Penſo nullā rem
ſub cęlo ęē cādidiorem die Salomon. Nūquid ergo dies cā
didior eſt lacte Mar. Eſt Sa. Probandū ē hoc Poſt hoc ſa
lomone tacente ⁊ vigilante Marcolphus dormire ⁊ ſuffla-
re cepit Cui ſa. Marcolphe adhuc dormis Mar. Nō dor
mio ſed penſo Salo. Quid penſas Mar. Nihil tute ęē cre
dendum mulieri Salo. Et hoc a te probabitur Iterū ſalo-
mone tacēte Mar. ſufflare ⁊ dormire cepit Cui ſalo Iterū
dormis Mar. Non dormio ſed penſo Salo Quid penſas:
Mar. Penſo plus valere naturā q̃ nutrituram Salo. Ni

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

ſi hoc ꝓbaueris cras morieris. Poſt hec trãſacta nocte ſalo//
mon feſſus vigilãdo ſe in loco ſuo collocauit Tunc marcol//
phus dimiſſo rege feſtinus cucurrit ad ſororem ſuã fudaſam
noĩe ⁊ ſimulans ſe multũ eẽ triſtẽ. dixit ad eam Rex ſalomon
contrarius ẽ mihi ⁊ nõ poſſuꝫ pati minas ⁊ ĩiurias Sꝫ ego
accipio cultellum vnũ ſub veſte mea ⁊ hodie neſciẽte eo infi
gam in cor eius ⁊ ſic occidam eum Nũc ãt chara ſoror ꝑcor
te ne me accuſes. ſed omni fide zelas nec etiã fratri meo Bu
frido indices iſtđ Cui fudoſa rñdit. chare frater marcolphe
ne dubites qꝛ ꝓ capite ꝑdendo te nõ accuſarem Poſt ħ mar//
colphus caute rediit ad curiam regis ſole ãt terrã illuminãte
curia regis implet ⁊ ſalomon a lecto cõſurgens ſedit in thro
no pallacii ſui tũc iuſſu regis lepus q̃ritur ⁊ in ſua pñtia de//
fertur. Et tot iũcturas in cauda quot in ſpina a marcolpho
numerãtur Deĩn q̃ſita pica ⁊ coram rege illata tot pẽne albe
quot nigre a marcolpho numerãtur Tũc rege neſciẽte Mar
Lagenam plenã lacte in cubiculo poſuit ⁊ obſtruxit ne luxi
traret regẽqꝫ vocauit Cũqꝫ rex intrare voluiſſet cubiculum
poſuit pedẽ ſuꝑ lagenã plenã lacte ⁊ lapſus corruiſſet niſi ma
nibus ſe tenuiſſet Tũc rex iratus dixit Tu fili ꝑditionis q̃d
eſt qđ feciſti Mar. Iraſci ab hac re noli Nõne dixiſti qđ lac
eẽt cãdidius die q̃re non vidiſti de lacte ſicut de die vidiſſes
equũ iudica nihil tibi peccaui Salo. Deus tibi ꝑcat veſtis
mea ẽ ꝑfuſa. collũ debuiſſem habere cõfractum de tuo oꝑe ⁊
nihil mihi peccaſti Mar. Alia vice cuſtodi te. ſed nũc ſedẽs
fac mihi iuſticiã de ꝓclamatione de qua loq̃r ad te Cũqꝫ rex
ꝯſediſſet Mar. ꝯq̃rebat dicens habeo dñe vnã ſororẽ Fuda
ſam noĩe que meretrix effecta q̃ etiam pregnãs dehoneſtat õ//
nem parentelam meã ⁊ tñ vult habere hereditatẽ paternam.
Tũc ſalomon ait. vocet añ nos ſoror tua ⁊ audiamꝰ q̃d ipa
velit dicere Cũqꝫ fuiſſet vocata fudaſa corã rege. ſubridens
rex ſalomon ait Bñ ꝑt iſta eẽ ſoror marcolphi. Figura ãt fu//
daſe curta erat ⁊ groſſa ⁊ ĩpregnata que ventrẽ groſſior erat.
⁊ habuit ſpiſſas tibias claudicãs qꝫ vtroqꝫ pede. vultu ⁊ o
culis đformis ſtaturã ſimilẽ marcolpho gerẽs Rex ſalo. ait
ad marcolphum dic q̃d ꝯquereris de tua ſorore Ad ħ mar//
colphus conſurgens dixit. domine rex ꝓclamationem facio

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

corā te de ſorore mea que meretrix ē facta. ⁊ pregnās ſicut vi/
dere potes dehoneſtat omnē parentelam meā At inſuꝑ vult
habere ꝑtem hereditatis meę Quā obrem p̄cor vt iubeas ne
ip̄a accipiat ꝑtem in ip̄a hereditate Audiens hęc Fudaſa re
pleta furore ꝓrupit in hāc vocem ⁊ dixit peſſime leccator q̄/
re nō haberem ꝑtem in hereditate mea. nōne marcolphe ge/
nuit me floſcemia q̄ fuit mea mater ſicut ⁊ tua Mar. Nō ha
bebis hereditatem qꝛ mediante tua culpa dānabitur tibi he
reditas Fudaſa ad hoc ait Nō dānabitur mihi hereditas qꝛ
ſi peccaui emēdabo. ſed iuro ꝑ deum ⁊ ꝑ ꝟtutes eius niſi me
dimiſeris in pace dicā talē rem ꝓ qua rex te ſuſpēſione faciet
perire Mar. Sordida meretrix quid dicere poſſes nil pec/
caui cuiquā Fudaſa ait multū peccaſti tu vilis nequā qꝛ vis
occidere dn̄m regem Et ſi mihi nō credatur queratur cultel/
lus ſub veſte tua. Cumqꝫ cultellus a familia quereret̄ ⁊ nō ī/
ueniretur Mar. ait aſtantibꝫ ⁊ regi Nōne verū dixi nil tute
eē credendum mulieri Cūqꝫ omnes eleuaſſent riſum Salo
mon dixit Per ingenium ōnia facis marcolphe Mar. Non
eſt ingenium. ſed qđ credidi ſorori meę fraudulēter publica
uit ſicut fuiſſet de veritate Sal. ait Et quare dixiſti plꝰ va/
lere naturam q̄ꝫ nutrituram Mar. Suſtine paululū. ⁊ an̄q̄ꝫ
dormias oñdam tibi Die aūt trāſeūte ⁊ hora cęnę aduenien
te Rex ſedit ad cenā cū maximo apparatu ſuoꝝ. ⁊ Mar. ſe/
dens cū alijs incluſit tres mures in manicā tunicę ſuę. fuerat
em̄ in curia regis ſalomonis cattus ita nutritus vt ōni nocte
rege cęnāte tenēt cādelam duobꝫ pedibus. coram vniuerſis
cęnātibus ſtans ⁊ duobꝫ pedibꝫ lucernā tenens Cum iā bn̄ ō
nes cęnaſſent Mar. Emiſit vnū de muribꝫ quē cū cattꝰ de/
ſpexiſſet et poſt illum ire voluiſſet nutu regis ē retētus dūqꝫ
de ſecūdo mure fcm̄ fuiſſet ſimiliter Mar. emiſit terciū mu/
rem quē cū cattus cōſpexiſſet vltra nō tenēs cādelam. ſꝫ eā/
dem reiecit ⁊ poſt murē currens illum apprehēdit Hoc mar
colphus videns dixit ad regem Ecce rex corā te probaui plꝰ
valere naturam quā nutriturā Dixit āt ſalomon. ꝓijcite euꝫ
de cōſpectu meo. Si ampliꝰ venerit dimittite ſuꝑ eū canes
meos Mar. nūc pro certo ſcio ⁊ dicere poſſum qꝛ ibi ē mala
curia vbi nō eſt iuſticia. Cumqꝫ expulſus fuiſſet marcolphꝰ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

cepit intra ſe dicere Necꝫ ſic necꝫ ſic ſapiẽs . ſalomon de mar
colpho britone pacem habebit . In ſequẽti aũt die de lectulo
cõſurgens cogitauit quomõ curiã regis intrare poſſet . ſic vt
canes regis eũ non deuorarent Et abiens emit viuũ leporẽ
⁊ poſuit ſub veſte ſuo . ſicqꝫ reuerſus ẽ ad curiam regis Quẽ
cũ ſerui ſalomonis vidiſſent canes ſuꝑ eum eiecerunt Mar
colphus vero leporem emiſit Protinus canes marcolphuꝫ
relinquẽtes leporem ĩuaſerũt Et ſic marcolphꝰ venit ad re/
gem Cũqꝫ rex vidiſſet eũ dixit Quis te huc ĩtromiſit Mar.
rñdit . calliditas nõ ꝑua Sal. Caue ne hodie mittas ſaliuã
de ore tuo niſi ſuꝑ terram . Pallacium ãt erat ſtratũ trapetis
⁊ parietes erãt cooꝑti cortinis Cũqꝫ marcolphꝰ nimiã tuſ/
ſim haberet . ⁊ inter colloq̊a eiꝰ ſaliua nimia in ore eius abũ
daret et reſpiciẽs circa ſe vidit hominẽ caluũ iuxta regẽ ſtãtem
tũc in anguſtia grandi poſitus cũ non videret nudã terrã ſu/
per quam ſcreare poſſet collegit ſaliuã in ore cuꝫ magno ĩpe
tu ſcreauit in frontẽ calui hoĩs Mox caluꝰ iſte nimio rubo/
re ꝑfuſus frontẽ ſuã deterſit ⁊ ſe ad pedes regis ꝓſtrauit ꝓcla
mationem de marcolpho fecit Salo. Quare fedaſti frõtem
calui huiꝰ Mar. Nõ fedaui ſed fimaui . in ſterili em̃ terra fi
mus ponit̃ vt ſegetes in ea abũdantiꝰ multiplicẽtur Salo.
Et ħ q̊d pertinet ad caluũ hominẽ Mar. Nonne ꝓhibuiſti
vt hodie non ſcrearẽ niſi ſuꝑ terrã nudã vidi em̃ frontẽ nudã
capillis ⁊ credens eẽ nudam terrã iõ ſcreaui in eã . Nõ iraſci
debet rex ꝑ hac re qꝛ pro ſuo ꝓficuo feci . ſi frons eiꝰ frequen
ter ſic fuiſſet rigata capilli reuerterẽtur Salo. Deus te ꝯfun
dat nã calui hoĩes ſunt cęteris honeſtiores qꝛ caluiciũ nõ eſt
viciũ ſed ẽ honoris indiciũ Mar. Caluiciũ magis ẽ muſca
rũ ludibriũ nõ ꝯſpicis rex quõ muſcę inſequũtur frontẽ illiꝰ
calui magis q̃ꝫ cęteroꝝ frõtes capilloꝝ putant nãqꝫ eẽ aliqđ
vas tornatile plenũ aliquo bono potu aut eẽ aliquẽ lapidem
delinitũ aliqua dulcedine . ⁊ iõ infeſtãt nudã frontẽ eius Ad
hęc coram rege caluus ait Vt q̊d viliſſimus nequam intro/
mittitur añ regem . nos vituꝑare eĳciatur foras Mar. Et fi
at pax in ꝟtute tua ⁊ tacebo . Interea duę mulieres ferentes
vnũ viuũ puerũ de quo coram rege ꝯtendebãt Nã vna dixit
meus ẽ infans altera Non . ſed meus eſt . ſed vna eaꝝ dormi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

ens ſuũ oppreſſerat filium Vñ coram ſalomone ꝓ viuo pue
ro cõtendebant Nã vna dixit meus eſt ⁊c̄. Ad hoc ſalomon
dixit ſeruis . Afferte gladiũ ⁊ diuidite infãtem ⁊ vnaq̄qꝫ mu
lier ꝑtem infantis accipiat Qđ audiens mulier cuiꝰ viuebat
filius ad regem dixit Obſecro dñe date illi infantẽ viuũ hęc ē
eñ mater eiꝰ Mar. quęrit a rege quõ noſti hãc eē mrēm pue
ri Salo. Ex affectione ⁊ mutatione vultꝰ ⁊ effuſione lachry
marum Mar. Non bñ An credis lachrymis fęminę tu ſapi
ens neſcis artes mulierꝝ Dũ fęmina plorat oculis corde ridet.
Plorat vno oculo ridet altero Oñdit vultu qđ nõ hꝫ affectu
Loq̇tur ore qđ non cogitat mente . hoc ſępe ꝓmittit qđ im//
plere nõ cupit . ſed īmutatur vultus ꝑ varia eiꝰ ingenia cur//
ſitat cogitatus īnumeras artes hꝫ fęmina Salo. Quot ha/
bet artes tot hꝫ probitates Mar. Nõ dic ꝓbitates ſed pra//
uitates ⁊ deceptiones Salo. Vere illa fuit meretrix quę ta
lem genuit filiũ Mar. Cur h̄ dicis dñe rex? Salo. Quia tu
vituperas muliebrem ſexum Eſt eñ mulier honeſta cõcupiſ
cibilis honorabilis ⁊ amabilis Mar. Ad h̄ potes adiũge//
re ꝙ ſit fragilis ⁊ flexibilis Salo. Si ē fragilis ꝑ humanaꝫ
cõditionem talis ē Si flexibilis ꝑ delectationē talis ē Mu//
lier eñ de coſta hoīs ē facta ⁊ homini in bonũ adiutoriũ ⁊ de
lectamentũ data Nam mulier p̄t dici quaſi mollis res Mar
Similiter mulier p̄t dici quaſi mollis error Salo. Menti//
ris nequã peſſime . peſſimus eñ eē potes õnia mala loquēs
de muliere . de muliere eñ naſcit̄ omnis homo . ⁊ q̇ ergo de//
honeſtat muliebrem ſexum nimiũ eſt vituperandus Vñ q̇d
diuitię. quid regna . quid poſſeſſiones . quid aurum . q̇d ar//
gentum . quid p̄cioſę veſtes . quid lapides pręcioſi . q̇d ſump
tuoſa cõuiuia . quid lęta tēpora . quid delicię valent ſine fęmi
na? vere poteſt vocari mũdo mortuus qui ē ab hoc ſexu ſegre
gatus. fęmina enim generat filios ⁊ filias nutrit ⁊ diligit eos
amplectitur optat ſalutem eorum . fęmina regit domum ſol//
licita eſt pro ſalute mariti et familię. Fęmina eſt delectatio re
rum omnium Fęmina eſt dulcedo iuuenum Fęmina eſt con//
ſolatio ſenum Exhilaratio puerorum. Fęmina eſt gaudium
diei . ſolacium noctis . laborum alleuiatio. omnium rerum
triſtarum obliuio . Fęmina ſeruit ſine dolo . ſeruetqꝫ intro//

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

itus ⁊ exit⁹ meos. Ad hoc marcolph⁹ ait. verũ dixit q̇ dixit
qđ in corde ħ ē in ore multũ amas feminas. ⁊ iđ laudas eas
diuitię nobilitas pulchritudo ⁊ ſapientia ꝯcordāt tibi ⁊ ido
amores tibi cõcordant mulierum. ſed dico tibi qm̄ nũc lau-
das eas ⁊ añq̃z tu dormias vituperabis eas. Cui ſalomon.
Mẽtiris qꝛ omnibꝫ diebꝫ vitę meę mulieres amaui. amo et
amabo ſed nũc diſcede a me ⁊ vide ne āplius in ꝯſpectu meo
male loqueris de muliere Tũc marcolph⁹. pallacium regis
exiens vocauit ad ſe meretricem illam cui reſtitut⁹ fuit fili⁹
viuus ⁊ dixit ad illam Scis q̇d actũ ſit in curia regis At il-
la reſpõdit Filius meus mihi cõciſus ē viuus. ſed q̇d factuꝫ
ſit prorſus ignoro Cui marcolphus. Rex p̄cepit vt craſtina
die tu voceris ⁊ ſocia tua ⁊ dabitur tibi media ꝑs filij tui ⁊ il
li altera ſimiliter Ad ħ mulier ait O quã malus rex ⁊ quã ma
lę ⁊ iniquę ſententię ei⁹. Tũc mar. dixit adhuc grauiora di-
cam tibi ⁊ deteriora. nã rex ⁊ cõſiliarij ſui ſtatuerũt vt vnuſ-
quiſq̃z vir ſeptem accipiat vxores vñ penſa q̇d de eis facien-
dum ſit qꝛ ſi vnus vir ſeptem habuerit vxores nunq̃z erit do
mus in pace. Una nãq̃z amabit̃. altera deſpicietur qꝛ illa q̄
magis viro placuerit cũ marito frequẽtius erit Una ġ bene
veſtietur altera nuda relinquet̃. dilecta habebit ãnulos. mo
nilia argentũ ⁊ aurũ varium ⁊ ſericũ cuſtodiet claues dom⁹
honorabit̃ a familia ⁊ vocabitur domina Oẽs diuitię mari
ti cedunt ei. Cũq̃z ſic vna amabitur q̇d alię ſex dicturę ſunt.
Si duę quid alię quinq̃z. ſi q̃ttuor q̇d alię tres. ſi quinq̃z q̇d
alię due. ſi ſex q̇d vna. Tunc oſculabitur ⁊ amplexabitur ⁊
marito ſociabit̃ Quę videntes q̇d dicturę ſīt aut referãt. Nec
em̄ viduę nec maritatę nec cũ marito erũt. penitebit em̄ eas
ꝑdidiſſe ỽginitatem Irę rixę cõtentiones emulationes ⁊ in-
uidie inter eas ſemꝑ erũt. perpetuũ odium inter eas regna-
bit. Et niſi ꝓhibitum fuerit hoc malũ vna pręparabit alteri
venenũ Quãobrem qꝛ femina es ⁊ noſti muliebrē ſexũ. feſti
na nũciari dominabꝫ omnibus quibus potes hui⁹ ciuitatꝭ
⁊ dic eis vt omnino non cõſentiant ſed ⁊ cõtradicãt regi ⁊ cõ
ſiliarijs eius Cũq̃z marcolph⁹ caute rediijſſꝫ ad curiã regis
ſalomonis ⁊ cõſediſſet in angulo pallacij. Illa aũt meretrix
credens ỽba eius eẽ vera trãſuolans ꝑ medium vrbis ⁊ pal-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

mas ſuas pectuſqȝ ſuum quatiens . v̄ba quę audierat vndiꝫ
diuulgabat Et ſic cōcurſus matronaꝝ vicina referebat vici
nę ꝛ oꝛiebatur ingens tumultus mulieꝝ . Et ſub parua hoꝛa
q̄ſi ōnes femine ſeu mulieres toti⁹ vꝛbis in vnū cōgregaban
tur Quibꝰ cōgregatis placuit eis conſilium ꝛ agmine facto
magno inierūt ad pallaciū regis ſalomonis Uenientes itaꝫ
ad curiam regis ſalomonis quaſi ſeptem milia mulierum ꝛ
vallauerūt pallacium ſiue aulā regis ſalomonis . ꝛ impetu
facto magno fregerūt valuas eius ꝛ cōuicia hoꝛrenda ei in//
ferebant ꝛ cōſiliarijs ſuis Una vero plus altera min⁹ ōnes
ſimul coꝛam rege voces emittebant . Tādem rex vix īperato
ſilentio req̄ſiuit quę nam eēt cauſa tāti tumultus . Ad h̄ vna
q̄ inter oēs cōſtantioꝛ ꝛ eloquentioꝛ cęteris videbat̄ dixit ad
regem Tu rex cui aurū ꝛ argentum ꝛ lapides pręcioſi ōneſꝫ
diuitię terraꝝ deferūtur facis oēs volūtates tuas ꝛ null⁹ vo
lūtatibꝰ tuis reſiſtit. habes reginā ꝛ r̄ginas plures ſup̱ indu
cis etiam concubinas īnumerabiles quot vis. es vnicuiqȝ
q̄ꝫtum vis qꝛ habes q̇cquid vis. hęc facere oēs nō pn̄t Sa//
lomon r̄ndit Unxit me deus in regem in iſrael . ꝛ nō potero
volūtates exeq̄ meas Ad hęc mulier inq̇t Satiſfac volūtati
bus tuis de tuis . de nobis cur faceres nos nobiles de gene//
re Abꝛahę ſumus ꝛ legē moyſi tenem⁹ . q̄re vis īmutare legē
nr̄ām q̇ debes facere iuſticiam Cur facis iuſticiam ! Ad h̄ ſa
ſalomon furoꝛe repletus ait Quā exerceo īiuſticiam pudibū
da mulier Mulier ait maxima īiuſticia eſt qꝛ vis cōſtituere
ꝙ vnuſq̄ſqȝ mas ſeptem vxoꝛes accipiat . certe ōnino nō fiet
iſtud Non eſt dux neqȝ comes neqȝ pꝛinceps q̇ ſit tantarum
diuitiaꝝ ſeu potētiaꝝ q̇ vni ſoli vxoꝛi ſuas impleat volunta
tes q̇d faciet ſi ſeptem vxoꝛes habuerit ſupꝛa vires hominū
ē iſtud facere. melius ē em̄ vt vna habeat ſeptē viros Ad hęc
rex ſalomon ſubridens dixit ſuis. Nō em̄ eſtimabā numerū
hoīm poſſe ęq̄ri multitudinē mulieꝝ. Tūc oēs mulieres hie
roſolomitane vna voce clamauerūt Uere malus rex ꝛ deri//
ſoꝛ es tu ꝛ iniuſte ſententię tuę Nūc vero ſcim⁹ qꝛ vera ſunt
q̄ audiuimus mala tractas de nobis ꝛ derides nos coꝛā nob̄
O deus quā hoꝛa mala nobis . Saul regnauit ſup̱ nos quā
peioꝛe dauid . quā peſſime iſte ſalomon regnauit Tūc rex in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

ıram ꝑrumpens dixit. Non ē caput nequiꝰ ſuꝑ caput colu-
bri. ⁊ nō ē ira ſuꝑ iram mulieris. Cōmorari leoni ⁊ draconi
magis placebit. ꝙ̄ habitare cū muliere nequā. breuis ē ōnis
malicia ⁊ minor ſuꝑ maliciam mulieris. ſors pctōꝝ cadit ſu
per eam ſicut aſcenſus arenoſus in pedibꝫ veterū. ſicqꝫ mu-
lier linguoſa mulieriſqꝫ ira ⁊ irreuerentia cōfuſio magna eſt
Mulier ſi primatū hꝫ cōtraria ē viro ſuo Cor humile facies
triſtis ⁊ plaga mortis mulier nequā eſt Mulier iniciū ē pctī
⁊ per illam oēs morimur dolor cordis ⁊ luctꝰ mulier zeloti-
pa In muliere infideli flagellum lingue ōnibus cōmunicans
fornicatio mulieꝝ in excellentia oculoꝝ ⁊ in palpebris illius
agnoſcetur ab ōni reuerentia oculi eiꝰ ſunt. ⁊ ne mireris ſi te
neglexerint Talia rege referēte Nathan ꝓpheta aſſurgēs dix
it. cur dn̄s meus rex cōfundit facies omniū hieroſolymitaꝝ
mulieꝝ. Salo. Nonne audiſti ꝗt vituperia ſine mea culpa
mihi iniecerūt cōtinuo Nathan rn̄dit. Cecus ſurdꝰ ⁊ mutꝰ
ad tēpus debet eē ꝗ in pace cū ſubiectis eē deſiderat. Salo.
rn̄dit reſpōdendum ē ſtulto ſcd̄m ſuam ſtulticiā. Tūc ſaliēs
Mar. de loco ſuo in quo ſedebat dixit ad regem. Bn̄ locutꝰ
es volūtatem meam Salo. Marcolphus qm̄ hodie lauda
ſti feminas multū. mō vituperas eas ħ ego volebā. ſꝑ enim
me facis veracem Salo. quid eſt hoc furcifer nūꝗd cognoſti
tumultum iſtū. Mar. nō ego ſed puſillanimitates earum nō
debes credere ꝗcquid audieris Tūc rex ait. diſcede a me Et
caue ne amplius videam te in meis oculis Cōfeſtim marcol
phus eiectus eſt de pallacio. Illi aūt qui regi aſtabāt dixerūt
Loꝗtur dn̄s noſter rex in auribꝫ mulieꝝ iſtaꝝ vt dimittātur
Tūc rex cōuerſus dixit mulieribꝫ. ſciat dulcedo vr̄a me ino-
centem eē coram vobis ⁊ ſine culpa eē de oppoſitis Ille calli
dus leccator quē mō vidiſtis hec omnia cōfinxit Unuſꝗſqꝫ
vir vxorē ſuam habeat ⁊ illā cū fide ⁊ honeſtate diligat. Qđ
vero dixi de muliere. niſi de muliere nequā dixi De bona mu
liere ꝗs diceret mala. Pars em̄ bona mulier bona grā mulie
ris ſedule delectabit ſuum viꝝ ⁊ oſſa illius impīgnabit diſ
ciplina illiꝰ Grata ē deo mulier ſenſata ⁊ tacita. grā ſuꝑ ōnē
grām. mulier pudica ſicut ſol oriens in altiſſimis dei ſic mu
lieris bona ſpēs eſt ornamentū domꝰ ſue. lucerna ſplendens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

ſup candelabꝝ. Et ſpēs ſuper etatē ſtabilem colūnę aureę ſup
baſas argenteas ꝛ pedes firmi ſup plantas ſtabilis mulierꝭ.
fundamentū eternū ſup petram ſolidam ꝛ mandata dī ī cor//
de mulieris. ſcūs dn̄s deus iſrl' ipē bn̄dicat vos ꝛ multipli//
cet ſemen vr̄m̄ in generationibꝫ ſeculoꝝ. Cūqꝫ rn̄diſſent oēs
amen adorato rege receſſerunt. Mar. vero moleſte ferens in
iuriam ſibi de rege factā ꝛ quod iuſſerat vt eum āplius in me
dijs oculis non videret cogitabat quid ageret Deinde nocte
inſequuta nix multa de celo in terram cecidit Tunc mar. ce//
pit cribꝛum vnū in manu vna. ꝛ pedē vrſi in manu altera. et
calciamenta ſua trāſuerſa ꝛ quaſi beſtia q̄ttuoꝛ pedibꝫ ꝑ pla
teas vꝛbis cepit ire Cū aūt veniſſet extra ciuitatē īuenit fur//
num vnū ꝛ intrauit in eū. nocte aūt abeūte dies venit ꝛ fami
liares regis ſurgētes tramidē marcolphi iuenerūt ꝛ eſtiman
tes eē tramitē alicuiꝰ mirabilis beſtię regi nūciauerūt Tunc
rex cū copula canū ꝛ cū venatoꝛibꝫ ſuis cepit ꝑſequi veſtigi
a marcolphi Cū aūt veniſſet an̄ furnū. ꝛ veſtigia defeciſſent
deſcendūt ad os furni inſpicere. Mar. vero latebat in facie
ſua curuatus ꝛ depoſuit bꝛacam ſuā apparebantqꝫ ei nates
ꝛ culus ꝛ curgulio ꝛ teſticuli Quē videns rex ait Quis eſt q̄
ibi iacet? Mar. Ego ſum rn̄dit Salo. Quō inq̄t ita iaces?
Mar. tu p̄cepiſti mihi ne amplius me videres in medijs o//
culis; Nūc aūt ſi non vis me videre in medijs oculis videas
me in medio culi Ad hoc rex ſalamon cōfuſus ait ſeruis. ap//
pꝛehendite ꝛ ſuſpendite eū in ligno Appꝛehenſus aūt Mar
colphus dixit ad regem Dn̄e mi rex tm̄modo mihi impende
repotes vt in illo ligno qđ elegero ſuſpendar Salomon rex
ait. fiat quod petiſti. mihi eñ pro mīmo eſt in quo ſuſpēda//
ris ligno Tūc miniſtri regis Mar. capientes duxerūt extra
ciuitatem ꝛ ꝑtrāſeūtes vallem ioſaphat ꝛ cliuū mōtis oliuę
ti ꝑuenerūt vſqꝫ hierico ꝛ nullā arboꝛem inuenire potuerunt
quā marcolphus ſuo ſuſpendio eligeret Jn̄ trāſeūtes ioꝛda//
nem ꝛ peregrinātes omnem arabiam. ꝛ iterum nullā arbo//
rem marcolphus elegit Jn̄ circūeūtes ſaltum carmeli et ce//
dros libani ꝛ ſolitudinem cāpeſtri circa mare rubꝛū. ꝛ nūq̄ꝫ
marcolphus aliquā arboꝛem elegit Et ſic euaſit manus ſa//
lomonis regis Poſt hoc domū remeās q̄euit in pace.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 G 1